



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. VIII. Aliis argumentis eadem veritas suadetur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

## DISPUTATIO SECUNDA

26

media ad illud conducentia, si media non solum efficacia sunt, sed etiam formaliter ut talia elegantur electione efficaci; secus autem si quamvis media sunt efficacia, non tamen ut efficacia formaliter amentur, qualiter in praesenti docet contingere.

<sup>41</sup> Sed haec responsio in primis destruit decreta praedestinationis, de cuius intrinseca ratione est, quod sit preparatio mediorum efficacium & beneficiorum Dei quibus certissime liberantur quicumque liberantur, ut ex definitione Augustini supra tradita constat.

Deinde electio solum efficax respectu auxiliorum gratiae quoad suam entitatem, communis est praedestinationis & reprobis: cum in sententia Lessii & aliorum Recentiorum, ipsi etiam reprobis conferantur auxilia gratiae entitatibus efficacia; illi enim docent, auxilium efficax entitative non distingui a sufficienti: At electio discernens praedestinationes a reprobis, nequit illis esse communis: Ergo debet esse efficax, non solum respectu entitatis auxiliorum, sed etiam respectu efficacia & connexionis quam habent cum gloria.

Tertio haec responsio Lessii Deo assingit cætitatem vel imprudentiam. Quero enim, an quando Deus intendit efficaciter dare gloriam electis, in illo priori intentionis cognoscit efficaciam mediorum qua ad illam conducunt, vel non? Si non cognoscit, caret scientia; si vero ea cognoscit & non eligit, caret prudentia: quomodo enim prudenter procedit, qui intendens affectionem alicujus finis, qui unicè dependet ex efficacia mediorum, eligit media qua quidem cognoscit esse efficacia, & tamen non vult ea ut efficacia; sic enim manifeste exponitur casu & fortuna, ac frustrationi finis quem intendit.

Mitto solutionem quorundam Modernorum qui dicunt efficacem intentionem gloriae & merita, se invicem praecedere in diverso genere causæ. Nam intentione gloriae precedit electionem mediorum seu meritorum, in genere causa finalis, & media ipsa, seu merita, praecedunt intentionem gloriae, seu electionem praedestinationum ad gloriam, in genere causa materialis & dispositivæ. Sicut in sententia Thomistarum, in reprobatione voluntas puniendo, & manifestandi sua justitiam, est prior in Deo in genere causa finalis, quam peccata, & eorum permisso, posterior vero in genere causa materialis & occasionalis. Hanc inquam responsionem prætermitto, quia illa punctum difficultatis non attingit; prioritas enim in genere causa materialis & dispositivæ, non est prioritas motivi & causa finalis, de qua solum agimus in praesenti, nec pertinet ad ordinem intentionis, sed executionis: Ergo quamvis daretur quod merita prævisa in genere causa materialis & dispositivæ electionem ad gloriam praecedenter, propterea tamen non essent priora electione ad gloriam, in ordine intentionis, & in ratione motivi, & veluti rationis finalis; sed solum in ordine executionis seu affectionis, quatenus qualificant ipsam personam, & redolunt subiectum dignum & idoneum ut illi detur gloria, quod nullus Catholicorum negat. Et in hoc sensu loquitur S. Thomas hic art. 5. in corp. ubi ait: Nihil prohibet quod aliquis effectus sit rario & causa alterius: posterior quidem priora, secundum rationem causa meritoria, que reducitur ad dispositionem materiae, sicut si dicamus quod Deus præordinavit se daturum alicui gloriam ex merito. His enim verbis

A solum intendit declarare quod merita praedictum gloriam in genere causa dispositiva & materialis, quatenus redditum hominem idoneum ad hoc illi in executione detur gloria ex meritis; quia sic præordinavit Deus ut ex meritis detur gloria, non tamen vult quod merita schabent ut motivum propter quod Deus elegitos ad gloriam, sed potius tales electionem in gratitatem Dei voluntatem reducit, ut conflat locis supra relatis.

§. VIII.

Aliis argumentis eadem veritas suaderetur.

B Præter rationem jam expositam, quæ præputia est fundamentalis, alia probables adduci possunt ad gratuitam Dei prædestinationem suadendam.

C Prima est ex independentia Dei, & adducitur à D. Thonio quæst. 6. de verit. art. 2. his verbis: Finis divina voluntatis est ipsa Dei bonitas, quæ non dependet ab aliquo alio: unde ad hoc quod habetur Deo, nullo alio indigeret; & ideo voluntas eius non indatur primò ad aliquid faciendum per modum déni, sed liberaliter tantum, in quantum est bonitas eius in opere manifesta. Vbiunque autem occurrit aliquod huiusmodi aliquid a Deo volutum esse posse, hoc non procedit a eo secundum rationem alicuius debiti, sed secundum meram liberalitatem: perfectio autem gracie & gloria sunt huiusmodi bona quod sine ea natura est perfecta, excedunt enim naturalis virtutis limites; nullus autem Deus vult alicui dare gratiam & gloriam, nisi ex mera liberalitate procedit. In his autem que liberalitate procedunt, tantum causa volendi est ipsa, per abundantem affectum volentis ad finem, in quo auctoratur perfectio bonitatis: unde causa prædestinationis est alius, scilicet quā bonitas ipsius Dei.

D Secunda ratio sumitur ex discrimine voluntatis divinae à nostra. Nam ut aliter pro more suo, discurrevit idem Angelicus Doctor hic articulo quarto, & supra quæstione vigesima articulo tertio hoc discrimen est inter voluntatem Dei & nostram, ejusque amorem & nostrum; quod voluntas nostra (inquit) non sit causa bonitatis rerum, sed ab ea moveatur, sicut ab obiecto sed amor Dei insuffans & creans bonitatem in rebus. Unde amor Dei erga homines, quo vult illis gratiam & gloriam, est purè gratuitus, nullam iuri causam habet qui prima omnium bonorum est causa, ille nullus hominum præviis allicitur meritum, qui totum in illis bonum prævenit & infundit. & omnia eorum merita caufat & donat. Ille (inquit Dionylius) sit procurator & motor eius. Vel ut loquitur Bernardus sermone 70. in Cantica: Præcedit benignior, rependit iustior, expectat superior. Eandem rationem tangit Chrysostomus homil. 7. in Epist. ad Timoth. his verbis: Infanta Dei bonitas radix est & ratio amandi homines, omni dilectione indigos; est enim tanta divina bonitas, ut ipsa sola sufficiat ad rationem & causam amandi, non exceptata ne requiratur a causa ex parte eorum qui amantur. Electio ergo hominum tam ad gloriam quam ad gratiam, est purè gratuita, & ex honestate & misericordia Dei, non vero ex meritorum & bonorum operum præficiencia originem ducens: unde Osee 2. dicitur: Desponsabo te in miserationibus. Apud homines uxor viro domet afferit: Deus autem nos desponsat in miserationibus, nullà præcedente meritorum vel innatae bonitatis dote, sed solâ misericordia. Juxta illud

# DE CAVSIS PRÆDESTINATIONIS.

27

*Jerem. 3:1. In charitate perpetua dilexi te, id est at-  
traxite mejorans.*

**A** Tertia ratio perit ex altitudine & incom-  
prehensibilitate mysterii prædestinationis, quæ  
collitur ex Adversariorum sententia. Si enim e-  
lectio prædestinatorum ad gloriam fieret ex  
gravitis eorum meritis, posset de facili assignari  
ratio cur iste assumatur, & alter relinquatur;  
poterit sequendum dici, quod ille prævidetur bene  
operatus, alter vero male operatus. Sed hoc  
est contra altitudinem hujus mysterii, de quo  
Apostolus ait ad Rom. 11. *O altitudo divitiarum  
scientie & scientie Dei: quam incomprehensibilia  
sunt iudicium eius! &c.* Est etiam contra Augusti-  
num prædestin. Sanct. cap. 7. Ex duobus (inquit)  
*ex gradu impetu, cur hic assumatur, & alius re-  
linquatur? iudicium Dei incomprehensibilia!* Et Epist.  
11. aplicans significationem ligni crucis, ad  
primum reducit occultam rationem, cur u-  
nus operatur, non vero alter. Videndum est etiam  
S. Thomas 3. contra Gentes cap. 16. ubi docet  
god non est ratio inquirenda quare Deus hos  
digat & convertat, & non illos, hoc enim ex simi-  
pli ex voluntate procedit, quod cum omnia fuerint  
unum, quodam facta sunt alii digniora; sicut ex  
simplici voluntate artificis procedit, ut ex eadem ma-  
schinâ disposita, quodam vasa formet ad nobiles  
& quodam ad ignobiles: iuxta illud ad Romanos  
9. An non habet potestatem sigillus luti ex eadem  
usq[ue] facere aliud quidem vas in honorem, aliud in  
antemiam? idem docet hic articulo quinto ad  
tertium his verbis: *Quare vos elegit ad gloriam, &  
illic reprobavit, non habet rationem nisi divinam vo-  
lentatem: unde Augustinus dicit super Iohannem, quare  
hunc trahat & illum non trahat, noli velle djudicare,  
si non vult erare. Sicut etiam in rebus naturalibus,  
quod haec materia sit, sub ista forma, & illa sub al-  
ia, dependet ex simplici divina voluntate.* sicut ex  
simplici voluntate artificis dependet, quod ille lapis est  
in ista parte parietis, & ille in alia, quamvis ratio ar-  
ti habeat quod aliqui sint in hac, & aliqui sint in illa.

**C** Quartum argumentum sumitur ex eo quod in  
Scriptura prædestinatione frequenter fortis nomi-  
ne designatur. Ad Ephesios 1. Sorte vocati sumus  
secundum propositum eius qui operatur omnia secun-  
dum consilium voluntatis sue. Ad Colosenses 1.  
Digressus nos fecit in partem fortis sanctorum. Plura  
funt loca in quibus Sanctorum electio sor-  
tus nomine designatur: Danielis 2. Sapientiae  
Psal. 124. & Actorum 26. Hujus autem appellatio-  
nis nulla alia ratio esse potest, quam quia  
sicut aliquid dicitur forte alicui contingere,  
quod ei accedit abque prævia causa & studio e-  
iusdem prædestinationis nulla reperitur causa ex  
parte nostri, sed illa in solam gratuitam Dei e-  
lectionem reducenda est, iuxta illud Psalm. 17.  
*Salvum me fecit, quoniam voluit me. In cuius rei ty-  
pum terra promissa, qua figura erat regni co-  
lestis, forte iusta est à Iesu distribui. Et Esther  
10. Deus duas fortis esse præcepit, utnam populi  
Dei, & alteram cunctarum Gentium, ut signifi-  
cat, populum illum, non ex meritis, sed quasi  
forte separatum esse à ceteris. Hoc argumento  
ex fortis appellatione desumpto utitur S. Au-  
gustinus concione 2. super Psal. 30. ad gratuitam  
prædestinationem electionem suadendam.*

**E** Quinta ratio suprà fuit insinuata. Quando tam  
finis allearius, quam medio rum effica cium ap-  
plicatio, subsunt potestari alii ius, potest effica-  
citer velle finem ante prævisa media: Sed tam  
gloria affectu, quam hominum merita, sub-

*Tomus 11.*

**A** sunt potestati Dei; potest enim quem voluerit,  
& per ea media quæ voluerit, saluum facere, ex  
Augustino de corrept. & gratia cap. 14. Ergo  
Deus ante prævisa merita potest gloriam velle  
efficaciter prædestinatis, & ex hujus finis inten-  
tione, media ad illius affectionem efficacia, e-  
ligere ac præparare.

Confirmatur & magis illustratur hæc ratio. 48

**S**i in potestate ejus qui proponit præmium, est  
dare alteri vires, industria, fortunam, cetera-  
que omnia ad merendum necessaria; ita quod  
non solum præmium, sed etiam meritum, & vi-  
ctoriam dare possit, talis bene potest ante merita  
prævisa intendere dare ei præmium, virtualiter  
volendo dare illi meritum, ex vi talis intentionis: eo quod merita illa non debeat ipse præ-  
miator expectare vel supponere, sed donare &  
causare. Unde cum in potestate Dei sit dare ho-  
minibus merita, & bona opera, & quidquid ad  
merendum requiritur; quia hæc non de nostræ  
voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione  
promittit & donat, ut docet Augustinus de præ-  
destin. Sanct. capite decimo. Et quia, ut loquitur  
idem sanctus Doctor, dum merita nostra remu-  
nerat, sua dona coronat: potest ante prævisa me-  
rita, ex motivo sua largitatis vel misericordia,  
eligere homines ad gloriam, obligando se ex vi  
talis intentionis & voluntatis, ad dandum illis  
ipsa merita & bona opera, & quidquid ad me-  
rendum requiritur.

Ex quo habes notabile discrimen, quod in-  
tercedit, quantum ad hoc, inter Deum & Reges  
ac Principes terræ. Nam Princeps, cum non ha-  
beat in sua potestate merita militum, non po-  
test, ante illorum prævisionem, velle efficaciter,  
sed tantum inefficaciter, illis conferre præmiū;  
Deus vero, cum in sua potestate habeat merita  
prædestinatorum, ante illa prævisa, potest velle  
illis conferre præmium per merita, non solum  
voluntate inefficaci & antecedente, sed etiam  
efficaci & consequente.

D Eniq[ue] eadem veritas demonstrari potest o-  
mnibus argumentis quæ militant contra scien-  
tiam medium: ut enim liberè fatentur Adversa-  
rii, illa sublatâ, non potest admitti electio præ-  
destinatorum ex prævisis meritis.

## §. IX.

### Corollaria præcedentis doctrinae.

**E**X dictis colliges primò: electionem ad glo-  
riam factam ante prævisa merita, extendi  
etiam ad determinatum gradum beatitudinis,  
quem in particulari habebit quilibet prædesti-  
natus. Quia non solum gloria absolute considerata,  
sed etiam in gradu determinato, est finis  
meritorum: Ergo sic debuit terminare effica-  
ciam electionem antevertentem merita. Conse-  
quentia patet ex suprà dictis, nam finis ut sic or-  
dine intentionis est prior mediis ad illius ordinatis.

Colliges secundò: prædestinationem non so-  
lum hominum, sed etiam Angelorum fuisse ante  
prævisa merita. Probatur eadem ratione: quia  
volitio quæ Deus voluit Angelis gratia & merita,  
est volitio non finis, sed mediorum: Ergo sup-  
ponit volitionem finis ad quem media ista ordi-  
nantur, & consequenter supponit electionem ad  
gloriam. Addo, quod prædestinatione hominum  
& Angelorum, est ejusdem rationis & spe-  
ciei,

*D 2*